

135 traditur sine loci indicatione una cum n. 134.

CONSTANTIVS ET CONSTANS
 THERMAS INCURIA LONGI TEMPORIS DESTITVTAS ·
 DRVM AD PRISTINVM STATVM REFORMAN
 OSTIENSIBVS VIS REDIDERVNT
 CURANTE... V C PRAEFECTO ANNONAE CVM IVRE GLADII

Legitur scripta manu ignota inter schedas E. Q. Viscontii II f. 43.

3. 4 adiectione marmorum nov]orum vel etiam nullis oneribus colon]o-
 rum ad pristinum statum reformandas sumptibus suis re[cepe]runt pro-
 posuit Mommsen. — 4 REDIDERVNT, 5 ANNONAF, CIADII traditur. —
 Ad idem aedificium pertinere titulum editum inter urbanos vol. VI, 1165
 coniecit Mommsen.

136 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae in museo.

DDN · VALENTINIANO VALENTI ET GRATIANO VICTORIBVS AC
 TRIUMPHATORIBVS · AVGVSTIS
 CRV
 a. 367/375

Descripti. C. L. Visconti ms.

Potest pertinere etiam ad Valentem Gratianum et Valentinianum II Augustos (a. 375/378), item ad Valentinianum II Theodosium et Arcadium (383/392).

137 tria unius epistyllii marmorei fragmenta. 'Romae apud marmorarium in foro Boario, rep. Ostiae a. 1776' MARINI. 'Marmor effossum ex fundo vulgo Bovacciano prope Ostiam anno 1776. Testatur haec Carolus Ferrarius, ex cuius latomiis lapidariis monumentum hoc, aere pontificio redemptum, in musei Capitolini impluvium nuperrime transferri curavi' GVASCO. Ibi extat loco alto posita.

a THERMAS MARITIMAS INTRESECVS REFECTIONE CELLARVM FORI

b S · SOLI · ADIECTIONE DDD · NNN · VALENS GRATIANVS · ET VALENTINIANVS VICTORIBVS
 PROCVLO · GREGORIO V C PRAEFECTO · ANNON · VRBIS · ROMAE · CVRANTE DECORARVNT

c R · AC TRIVMF · SEMPER · AV

Descripti. Marini ms. Vat. 9104 f. 205 et in sylloge inser. Christ. ms. (cod. Vat. 9074) p. 145, 7 (inde Mai vet. script. nova collectio V p. 347 n. 1); Guasco mus. Capitol. n. 1238 (inde Orelli n. 3327); P. H. Visconti in actis Arcad. nov. ser. vol. 16 (Iul. Aug. 1859) p. 245 qui vidit, sed verba dedit secundum Guascom.

Fragmenti primi ultimam litteram a Guasco pro i habitam Marinius habuit pro v dimidiata (ψ), legens EORV; nec potest negari hastam illam non esse rectam qualis debuit esse i, sed sinistrorsum aliquantum inclinam. Verum etiam reliqua quae hanc hastam praecedunt elementa similiter inclinata sunt, ut haec certe eodem iure pro i haberi possit. — *Thermas maritimas intresecus refectione cellarum, foris soli adiectione, d(omini) n(ostri) Valens Gratianus et Valentinianus victor(es) ac triumph(atores) semper Au(gusti), Fl(avio)? Proculo Gregorio v(iro) c(larissimo) praefecto annon(ae) urbis Romae curante, decorarunt.* Ad Gregorium praefectum annonae rescripserunt Valens Gratianus et Valentinianus Treviris a. d. XIV kal. Mart. a. 377 (cod. Th. 14, 3, 15); ad Gregorium aliquem Symmachus dedit epistulas 3, 17—22. — De thermis Ostiensibus cf. supra n. 96.

138 rep. a. 1866 in Portu Romano effossionibus Torloniae.

florente imperio ddd. nnn. invictissimorum PRINCIPVM VALENTINIANI THEODOSII ET ARCADII SEMPER AVGVSTORVM
 ragonius vince NTIVS CELSV. u c. praefectus annonae urbis romae . . . curavit

Descripti De Rossi et edidit *bull. di archeol. crist.* 4 (1866) p. 39.

In supplendo titulo praevit De Rossi; cf. ad n. 173.

139 basis magna marmorea litteris malis. Inscriptione priore deleta nova superscripta est; ex illa relictas sunt litterae aliquot in margine dextro. Locum non adscripsit MANVS IGNOTA codicis Vatic. 'E ruinis Ostiae' SVAR. Romae in museo Vaticano MARIN. Extat in museo Pio-Clementino (*sala delle Muse*).

CVRAVIT · RAGONIVS
 VINCENTIVS CELSVS
 VC PRAEFECTVS
 ANNONAE VRBIS
 5 ROMAE ET CIVITAS
 FECIT · MEMORATA
 DE PROPRIO

Descripti. In scheda solitaria inserta codici Vatic. 9140 f. 220 leguntur huius inscriptionis exempla duo, alterum imperite exceptum manu ignota, alterum emendatum manu Suaresii.

De visu dant Marini inscr. Chr. ms. (cod. Vat. 9074) p. 142, 1 (inde Mai script. vet. nova collectio 5 p. 337 n. 7) et P. H. Visconti act. Arcad. nov. ser. vol. 16 (Iul. Aug. 1859) p. 248.

Ex scriptura priore extant in margine intuenti dextro post versum 1 E, 2 F(?), 4 I, 5 G. — Videtur pertinere ad idem opus publicum cui inscriptus erat titulus qui praecedit. In primaria inscriptione Ostiae nomen enuntiatum fuisse extrema ostendunt.